IVDITH

DE

HOLOFERNE TRIVMPHANS.

ORATORIVM

MVSICIS NVMERIS ORNATVM

A

FRANCISCO GASPARINI.

n Sacello Archiconfraternitatis Sanctiſſimi Crucifixi die Vigeſima quinta Martij decantatum.

ROMÆ, Typis Dominici Antonij Herculis. 1689.

SVPERIORVM PERMISSV

ARGOMENTO
DELLA PRIMA PARTE.

Ex Lib. Iudith.

ASſediata Betulia dall'armi del Rè degl'Aſſiri, alle quali comandaua Oloferne; Ozia, à cui ſpetta la diffeſa ne diſpera la reſi-enza. Giuditta vedoua generoſa, e pia, vagamente adorna nell' ſtrinſeco, ma più nell'interno dell'anima, promette di vincere il Ca-itano. Si porta al campo, e queſto reſta preſo dalla ſua bellezza. Giuditta diſſimola, e prega gli ſia dato libero il paſſo di portarſi fuori el campo ad orare. L'è conceſſo, & in tanto ſi prepara vn ſontuoſo onuito.

SECONDA PARTE.

AGgrauato dal vino Oloferne, in vn profondo ſonno s'immerge. Sopravuiene Giuditta, & aualorata dal Cielo, ſi ſerue della ſua pada medeſima per troncarle il capo. Entra ſecretamente nella Cit-à, & è accolta con lietiſſime acclamatoni, che ſeruono à coſternare l'animi del confuſo nemico; e ſi libera la Città dall'aſsedio &c.

INTERLOCVTORES.

Iudith.
Holofernes.
Ozias Princeps Vrbis.
Seruus Holofernis.
Ancilla Iudith.
Chorus Ciuium.
Chorus Militum.

Hol. DIruta mœnia & adhuc
Holofernis virtuti
Temeraria reſiſtunt?
Abite, abite ò moræ:.
Vincendi perit Gloria,
Si tam ſera eſt victoria.
Tubę, ſegnes increpate:
Ad pugnandum,
Superandum
Gens electa properate.
Ciues, Marte furibũdo
In profundo
Sinu mortis collocate.
Tubę, ſegnes increpate.

Ozias. Languet Bethulia obſeſſa.
Quid iuuat hoſti audaces
Vultus oppoſuiſſe? Quid minaces
Proſunt animi Oziæ?
Si nullæ ſunt ad libertatem viæ?
Vrgemur ò Fortes;
Monſtrate repente
Qui ſenſus in mente,
Quid conſulant iræ:

Chor. Ciu. Parere; Perire.

Ozias. Mors impia minatur.;
Oſtendite Duces
Quid animi truces
Plus optent ſubire:

Chor. Ciu. Parere, Perire.

Iud. Iam murmura ſedate;
Cur numina tentatis?
De cæleſti Pietate
Qui deſperat, Pietati fit rebellis: (cellis.
Surgit ſæpe ſerenũ è pro-
Turba mæſta terce fletus,
Fide armata triũphabo
Bellatorum mille cętu
Dextra imbelli ſuperabo.
Spẽ reſume, iam procede
Holofernes non gaudębit,
Cęli vocibus dũ crede
Cara ciuitas ridebit.
Imperterrita abibo;
Ferunt magna pericla
Si maximum terrorem,
Et tentata virillter, decorem.

Ozias. Ergo militum tela
Fæmina non exhorres?

Iud. Arma non extimeſco.

Ozias. Et hoc ſola moliris? (vanę
O vitæ ſpes, & libertatis

Iud. Vbi minus humanæ
Mentis elucent partes,
Panduntur ibi Omnipotentis artes.

Ozias. Quo Clypeo te defendes
A feritate dura?

Iud. Si ſtat pro Clypeo Numen ſum ſecura.

Ozias. Perge tanto cuſtode munita (irati;
Caſtra diſſipa Ducis
Te fortuna ſequetur inuita, (eſt Fati.
Si te regit, qui Ductor

Hol. Contra aduerſum timorẽ
Quid retardat ardorem?
Penè victa & oppreſſa
Vrbs eſt ſi bene cernes:
In triumphũ vocaris Holofernes.

Ad arma crudeliſſima ,
Ad Bella ferociſſima
Sit robur iteratum ;
Impauida quæ minis ,
Tot condita ruinis
Me ferat irritatum .
Vrbs in ſanguine proprio immerſa cadat .
or.Mil. Iam corruat , præcipitet, euadat .
r. Inuictiſſime Princeps
Modum armis impone ;
Grata dicam .
ol. Velociter expone ;
Forſan miſeræ Gentes
Mæſto vultu, & ſincero
Culpam confeſſæ ſunt .
r. Maiora fero .
Blanda Fæmina , ab Arce,
Quæ proceſſit indigna
Fauſta porrigit ſigna .
Verecundus aſpectus , & ſerenus ,
Quamuis tacitè clamat:
Si Pax iſta non eſt,eſt pulcra venus .
Fronte roſis coronata
Sedet amor iura dat .
Eſt inermis,ſed pupillę
Sunt fauillæ ,
Quibus illa ſit armata ,
Ibi viua flamma ſtat .
ol. Accedat . Si amor fortes
Iactat perdomuiſſe ,
Me non vincet iratum .
Sed quæ lux improuiſa
Dum obtenebrat cor, pectus inflammat ?
Lumina quid hæretis ?
Luſtrate iam, luſtrate ,
Si nouo amictu,& floribus decora
Inſolitè ſuperba exit aurora.
Iud. Ducum maxime
Hol. O Decor !
Iud. Fugitiua trementem
Hol. (Holofernes reſiſte)
Iud. Euitatura Gentem
Ad te confugi, in tuo
Tantum firmor auxilio .
Hol. Et ipſe ruo .
Iud. Me ſerua .
Hol. Pelle metus ,
Non ſic iras inſumo , in me ſublimis
Nimium animus eſt , tu pulcra nimis .
Iud. Fauſtiſſima promitto .
Hol. Et quid promittis?
Iud. Cadet ciuitas rea .
Hol. In te noſtra ſũt poſita Trophæa.
Iud. Victor eris .
Hol. Et tecum erit Gloria .
Iud. Vrbs exuta vigore audaciam timet
Modo exercitus vaſti .
Hol. Tuque ſola victorem ſuperaſti .
Iud. Quiſque fatale ſignum
Monſtrat pallore .
Hol. Et pectus iſtud ardet .
Sed nullus iam retardet
Victoriæ curſum .
Iud. Iuſto
Parce , ah parce furori ;
Contra vires immenſas
Eſt abiecto inimico illuſtre mori.
Arma cela ,
Linque tela ,
Aſpernata turba cædet.
Si minaris ,
Si baccaris
Deſperata ſorte lædet .

Hol.

Hol. Bella ſuſpendo, Tantæ voluptati.
Grande pretium non eſt exigua mora.
Sed tu pulchra, felices
Exitus quæ promittis, noſtri amoris
Fis Regina.
Iud. Proh Numen!
Hol. Et munus hoc recuſas.
Iud. Cor malis aſſuetum
Fortunæ vultum timet, quamuis lætum.
Hol. Victa eſt Fortuna, vbi triũphat amor.
Iud. Sum Bethuliæ;
Hol. Sed amica.
Iud. Fugitiua
Hol. Sed amata.
Iud. Sum vilis, & abiecta
Hol. At mihi grata.
Iud. Non ſum .... amori.
Hol. Tu placida, & formoſa? exempla rara!
Quo minus expectata, eo magis cara.
Fortuna plus cõcedere
Quid potes tuo fauore?
Te volo nunquam credere
volubilem,
Inſtabilem,
Si ſtat hæc in amore.
Ergo Aſſyrio decore
Voluptuoſa in menſa enatet ſenſu.
Vt paretur, eamus.

Iud. Me liberam dimitte, à me requirit
Supplici voce, & pia
Obſequia ſolitaria amicũ cœlum.
Hol. Quacumque incedes via
Nemo tardabit iter,
Nemo proteget latus.
Iud. Feliciſſima ſum.
Pergo beatus.
Ancil. Iudith, cerne, quid agis?
Et pro tuenda Patria honorem perdes?
Ergo promiſſum robur,
Conſtantia ſic reſiſtit?
Iud. Imperterritæ ſpei numen aſſiſtit.
Ancil. Velle reſiſtere
Vicino amori
Eſt impoſſibile.
Poſſe ſubſiſtere
Niues ardori
Plus eſt credibile.
Iud. Tace: non ſero, ignotum
Tibi facinus pandet, quod amanti
Prona nõ ceſſit lingua, eſt cor immotum.
Noſtri honoris quæ eſt horrida mors,
Immortalis nunc ibit ad aſtra;
Si inimica ſcit fallere caſtra,
Erit fraudi dulciſſima ſors.

Hol. Nigra heù nimis momenta
Iudith nondum reducunt, & opreſsa
Languent epulis membra; in vino graues
Inuitant ſomnos oculi latentes.
O ſi merſi tenebris
Ora oſtenderent blanda
Lucis vertendo vices:
Horrores fortunati, vmbræ felices.
Nox amica ſoporis amæni
Veni, veni,
Sintque tecum imagines gratæ.
Pulcri ardoris,
Blandi amoris
Larue carę venite volate.

Iud. Quamuis in ſole ardente
Male cernant pupillæ;
Obcæcata iam mente;
Tu fidiſſima tamen
I, perge, Ancilla, obſerua
Holoferni ſi in mero oberrat vita.

Ancil. Cauto pede ſcrutabor, at exulta:
Iacebunt alta in quiete
Ducis corda ſopita.
Vis cupidinea perit,
Si Bacchus contra amorē bella gerit.

Iud. Tu qui potes innocentē
In audaces præmunire,
Arma feras, eſt ſæuire
Iuſtum opus in furentē;
Ni trementem
Tua virtute firmas manū
Eſt cœca, eſt vana ſpes, votum inſanum.

Ancil. Ingredere ſecura
Ad Bellatoris lumina occludenda
Nox caligine graue expādit velum.

Iud. In ſopore mortali
Vita cruenti ducis
Sanguineū ſparget flumē:
Pectori generoſo aſſiſte numen.

Ancil. O miſeri amantes
Inſpicite errores;
In vultu ridente,
In ore florente
Non ſemper amores.
O miſeri &c.
Incautæ pupillæ
In niue ludentes
Cauete, ſunt faces
Mentitæ, fallaces
In forma latentes.
Incautæ &c.

Iud. En, caput inhumanum
Conde, & tacita veni.

Ancil. Horribile portentum!
Adhuc ſanguine abundat.

Iud. Nocebit iter lentum.

Ancil. O quantum terret me!

Iud. Pectus confirma.

Ancil. Sequor, at in atroci
Facto non....

Iud. Rumpe moras.

Ancil. Non trepidauit pes?

Iud. Fuga veloci
Nunc opus eſt; quid vltro?
Vox importuna lædit,

Miles vndique ſtat auro-
ra accedit.

Seru. Tumultus inopinus iam
fugauit (tranquilla
Ab oculis quietem, ſed
Omnia in pace recumbũt,
& propinqua
Lux modo excitat aues,
Depellunt vmbras zefiri
ſuaues.
Aura lenis, aura amata,
Quæ aggitata corda
lænis,
Libertate fores grata,
Seruitute acerba venis.
At ſolliciti ducis
Iam patet limes; aliquid
portendit. (guis?
Quid nam cerno? qui ſan-
Proh fides violata!
Ab aſtu fœminili
Holofernes occiſus?
Miles, arma, cohortes
Accingimini ad iras
Mille in vna ſunt mortes.
Perdamus, inſequamur
Quæ crimen auſa tale;
In caput furiale
Sit cruda, ſit inuicta
Vindicta.

Chor. mil. Dux occiſus heu terrores!
Neu deſperati honores!

Seru. Ite furentes, ite;
Perſequi fugitiuam
Vos iubet amor ducis.
Neglecta caſtra, audacem
Perdite, lacerate:
Sed illa iam receſſit;
Irritæ ſunt querelæ,
In vrbe rediuiua
Ouantem ducit heu turba
fæſtiua.

Chor. Ciu. Ciues accurrite,
Voces attollite,
Victricem canite.

Ozias. Pande fores, in hoſte
timendum
Nil reſtat horrendum
Ductore necato.
Sæuum caput amiſſo ri-
gore,
At ſolo pallore
Nobis erit pro milite
armato.

Iud. Nullus erit ò ciues
Poſthac metus hoſtilis;
Ecce inſperato euentu
Audaciſſima gens reddi-
ta eſt vilis.

Ozias. Sed ò Patriæ munimen
Fare, ad opus illuſtre
Quis nam acceſſit comes?

Iud. Pulcritudo.

Ozias. Ergo vis tanta in venuſta-
tis flore? (fauore.

Iud. Si cum diuino iuncta ſit

Ozias. Quæ facto profuit ars?

Iud. Quam pietas dedit.

Ozias. Cuſtodes non obſtarunt

Iud. Ipſos decepit tempus

Ozias. Nec in te verſum telum?

Iud. Fruſtra pugnatur, ſi arma
mouet cælum.

Iud. Quãdo in hoſte iratum } *Numen*
Ozias. Quando ſit amicum

a 2. O quam dulce trium-
phare. (bunt,

Iud. Contra exire non aude.

Ozias. Nullæ inſidię nocebunt

Iud. Dum cæleſte offendit } *Lumen*
Ozias. Dum cęleſte ducit

a 2. Nemo poterit obſtare.

Ozias. Ciuitas fotunata
Gaude hac ſorte beata:

Tu fœminæ donaſti
Vitam, ſed illa, fortem
Vincendo, à te certam repellit mortem.
Ergo datur exultare
Suſpirata libertate
Nunquam licet deſperare
De ſuperna bonitate
Rector quęrit ęternus
In culpam inſeuire
Nec peccatoris Cor optat perire

Iud. In gente dilecta
Sors improba cadat,
A' numine electa
Dolori ſe tradat
Scit ira non lenta
Fugare immenſa vi ſæua tormenta.
In pectore infido
Vis barbara fremat
Superba cupido
Tyrannide præmat
Scit arte ſuperna
Ferire elatum Cor manus æterna.

F I N I S.